Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nequissimum comprobandum. Quo namque
die universis meis suffraganeis episcopis
et aliis quam pluribus orthodoxis nec non
et ipso heresiarcho cum suis nefandis dis-
cipulis in predicta ecclesia adunatis disputacio
a nona incepta ad vesperas usque
tetendit. Cum autem idem heresiarcha
contra nos opusculum ab ipso falso compositum
quod glorioso intitulabatur hyeronimo
allegaret. has tantas beati hyeronimi
iniurias ferri non valens. Bone memorie
Siluanus sancte Nazareth ecclesie Archiepiscopus
qui tanta beatum hyeronymum affectione
animi et devocione colebat. Ut si quid
faceret divinum nomen beati hyeronimi premit-
tebat. Unde quasi ab omnibus hyeronymus
dicebatur. predicto heresiarche protinus
assurrexit dire eum increpans. Quod tot et
tantas exercuisset nequicias. Dum autem
inter eos longa oriretur contencio et
uterque obprobria sibi invicem proposse
diceret in fine sic ambo pariter statue-
runt. quod si usque in subsequentis diei ho-
ra nona. beatus hyeronymus hoc opus flo com-
positum evidenter ostenderet predictus
heresiarcha capite puniretur. Si autem
archiepiscopus. Quibus finitis singuli ad
propria remearunt. Per totam autem noctem

80

15